

lætiam. Advenisse creditur sancta Imago ex Oriente, traduntque defuisse navem, quantumvis tumen-
tibus velis iturmentum in altum: quapropter hic collocatam non alio volentis signo expectato. Tu alio.
r. Te Matrem.

Vesperæ utia 2. Vesp. Encenior.

DIE XVI. OCTOBR.

B. M. V. AD AQUAS-VIVAS.

Simplex.

LECTIO 1.

Caragente in Diocesi Valentina, jam ab anno millesimo ducesimo quinquagesimo, ingens tributur Deiparæ cultus in ejus Imagine dicia ad Aquas-vivas, quæ tunc temporis miro modo, uli fertur, pio Aratori sub Oliva manifestata, custodia Patrum Excalceatorum Sancti Augustini commissa fuit. Ejusmodi verò pietatis sensum, succedentibus annis nec in minimo immutatum, cum sibi fore acceptum, pluribus Beatissima Virgo ostendisset beneficis, oppidani anno millesimo octingentesimo trigesimo quinto hanc effigiem, ad Parrochiale templum, expulsis è cenobio Patribus, reportarunt, thique ei novum sacellum erexerunt in delitiis semper habentes ad Eam quotidie accedere, vel beneficio impetraturi, vel de acceptis debitas gratias redditi. Tu.

r. Hortus conclusus Soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus: Emissiones tuæ paradisus. y. Fons hortorum puteus aquarum viventium. Emissiones.

LECTIO 2.

Quum autem Caragentani vehementer cuperent amplores in dies ecclesiastici cultus significationes Deiparæ præstare, ac Festum in ipsius honorem die decima sexta octobris agere sub ritu Duplicis pri-

mæ Classis cum octava; hinc generali oppidi concilio pridie nonas Martii anni millesimi octingentesimi quinquagesimi septimi legitime convocato, clerus et primores ejusque status, et conditionis eidem præsentés tam per secreta suffragia quàm per acclamationem Beatissimam Virginem MARIAM ad Aquas-vivas in præcipuum oppidi Patronam unanimi consensione elegerunt, ac simul decreverunt à summo Pontifice supplicibus votis postulare, ut hanc ipsam solemnem electionem supremâ auctoritate suâ confirmare dignaretur. Tu.

r. Cum elevasset Moyses manum, percutiens virgâ vis siliem, Egressæ sunt aquæ larguissimæ, ita ut populus biberet. y. Deriventur fontes tui foras, et aquas vivas tuas in plateas divide: sit ut calaclysmus inundatio tua. —Egressæ. —Gloria. —Egressæ.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Torelloniensis de Rocapebrera.

Non longè à Sancti Felicis de Torello oppido in Diocesi Vicensi insigne exurgit Deiparæ Sacellum de Rocapebrera, maxime non solum à vicinis sed etiam à dissitis populis frequentatum. Anno quarto et quadragesimo supra millesimum Gregorius Sextus indulgentiam plenariam certis diebus ejusque mensis fidelibus illud adentibus est clarigatus; ex quo ejus antiquitas liquet. Nec in succedentia tempora devotorum pietas decrevit nam novum Sacellum, antiquo ad venientes non capiente, ad finem præteriti sæculi inceptum fuit, decurrentis anno quinto perfectum, et quinquagesimo sexto restauratum ornatumque solâ fidelium pietate et sumptibus. Tu.

Ad Bened. ant. Foderunt in ter-

ram, * et repernerunt aquam vivam: si quis sitit, veniat ad hunc fontem vitæ, et bibat.

CANON.

Ex S. Rituum Congregatione 12. et 17. Sept. 1857. — *Valentina.*

412. Sanctissimus Dominus noster Pius Papa Nonus rescriptum sacre Congregationis approbatis electionem Beatæ MARIE Virginis ad Aquas-vivas in patronam præcipuum oppidi Caragente in Diocesi Valentina, supremâ auctoritate suâ confirmavit, cum omnibus et singulis juribus et privilegiis juxta ecclesiasticas leges præcipuis locorum patronis competentibus. Tu.

Vesperæ sequentes.

DIE XVII. OCTOBR.

MEDIATIONIS B. M. V.

Duplex.

Omnia de Communi Infantie.

Oratio.

Exaudi, Domine, preces nostras, ut quibus Beatam MARIAM semper Virginem Advocatam et Mediatricem ad Christum concedis, ipsius suffragantibus meritis, ad vitam, tibi reconciliati, perveniamus æternam. Per eundem.

lect. de Scrip. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo in signum. magn.

LECTIO 1.

Solet autem luna non modò defectum corruptionis, sed et stultitiam mentis, nonnunquam verò Ecclesiam hujus temporis designare. Illam quidem propter mutabilitatem, hanc sanè propter susceptum aliunde splendorem. Utraque verò, ut ita dixerim, luna sub MARIE pedibus congruè satis ponitur, alio tamen, atque alio modo. Siquidem stultus, ut luna mutatur: Sapiens

autem permanet, ut sol. In sole nimirum et fervor et splendor stabilis, in lunâ lotus splendor, atque is orminò mutabilis, et incertus, qui nunquam in eodem statu permanet. Jure ergò MARIA sole peribetur amicta, quæ profundissimam divinæ sapientiæ, ultra quàm credi valeat, penetravit abyssum; ut quantum sine personali unione creature conditio patitur, luci illi inaccessiblei videatur immersa. Tu.

r. Opus est mediatore ad Medialorem Christum: Nec alter nobis utilior quam MARIA: invenitur enim locus eius in hæc reconciliatio. y. Advocatum habere vis ad Christum, ad MARIAM recurrere. —Nec alter.

LECTIO 5.

Insipientia verò omnis longè sub pedibus ejus, ut penitus absit hæc ab insipientium mulierum numero, et collegio virginum saltuarum. Imò verò et unicuique ille stultus, et totius stultitiæ princeps, qui verè mutatus ut luna sapientiam perdidit in decore suo, sub MARIE pedibus conculcatus et contritus miseram patitur servitutem. Nimirum ipsa est quondam à Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pedem contritura: cuius planè calcaneo in multis versutis insidialis est, sed sine causa: sola enim contrivit universam hæreticam pravitatem. Tu.

r. Quid ad MARIAM accedere trepidat, humana fragilitas? Nihil austerum in eâ, nihil terribile, tota suavitas est. y. Ipsa est humani generis fidelis advocata. —Nihil.

LECTIO 6.

Jam si Ecclesia lunæ magis intellegendæ videatur vocabulo, quod videlicet non ex se splendeat, sed ab eo, qui dicit: Sine me nihil

polestis facere: habes mediatricem, quam tibi patio ante commendavimus, evidenter expressam. Mulier, inquit, amica sole, et luna sub pedibus ejus. Amplectamur MARIE vestigia, fratres mei, et devotissimâ supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Potens est enim. Nempe vellus est medium inter rorem et aream, mulier inter solem et lunam, MARIA inter Christum et Ecclesiam. Tu.

¶ Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur in auxilio oportuno. * Quia sic est voluntas ejus, qui omnia voluit nos habere per MARIAM.

¶ Quæramus gratiam, et per MARIAM quæramus. — Quia — Gloria. — Quia.

Homilia de Comm. pro duplici.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Anteradensis. *Jacobus de Vitriaco apud Spinell.* c. 29.

Anteradensis civitas, sic dicta, quasi ante arum sita, vulgata appellatione hodiè Tortosa dicitur. Ibi beatus Petrus Phœnicem circumsiens, cum à paribus Jerosolimitanis transiret in Antiochiam, in honorem Divæ Virginis modicam fœdavit Ecclesiam, in quâ etiâ divina celebravit mysteria: quæ usque hodiè in magno habetur honore, et multorum populorum accessu frequentatur, eo quod beatissima Virgo in illâ multa operatur miracula, et infirmis illuc venientibus grata confert subsidia sanitatum. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Bonifacio Papâ Nono. Const. *Superni benigni.* an. 1389.

Bul. R. T. 3. p. 2. p. 378.

411. Hæc est illa, quæ in suis castis visceribus cæli terræque gestavit Opificem, et sola cunctas hæreses interemit, et pro Christiano populo, ut advocata strenua, et exoratrix pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit. Tu.

Vespera à capit. de sequent.

DIE XVIII. OCTOBR.

B. M. V. DE DIVINO AMORE.

Duplex.

Oratio.

Spiritum charitatis, quæsumus, Domine, cordibus nostris infunde, ut qui divini amoris Matrem devotè veneramus, ex tuis nostris viribus te semper amare possimus. Per Dom.... inunitate ejusdem.

Lection. 1. Noct. de feriâ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 1. super Salv. Regn.

LECTIO 4.

Oportet, ut beatam Virginem nobis præsentem esse dicamus, quam præsentem salutamus: et totam animæ nostræ trinitatem in eam dirigamus, quam tam devotissimis precibus exoramus. Agnoscit certè, et diligit diligentes se, et propè est in veritate invocantibus se: præsertim his, quos videt sibi conformes factos in castitate et humilitate: si tamen charitatem adjecerint, et totam spem suam (post Filium suum) in eâ possuerint, et toto corde quæsierint orantes, et frequenter dicentes: Subveni, Domina, clamantes ad te jugiter. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Non aspèratur affectum prædulcem, ingens desiderium, inundationem lacrymarum, assiduitatem precum quorumlibet, quamvis peccatorum: si tamen laverint à ma-

inflamma cor nostrum amore Dei. — Testis.

¶ 8. Ego diligentes me diligo: Et in viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam. ¶ Ego Mater pulchre dilectionis, et timoris, et agnitionis et sanctæ spei. — Et in viis. — Gloria. Et in viis.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Affligiensis.

Ex menologio Cisterciensium ad diem

18. Octobr.

In Belgio commemoratio Beate Virginis MARIE, quando per os Imaginis AFFLIGIENSIS presente Monachorum cætu et copiosa populi multitudine Sanctum Benardum, postquam ipse in discessu ab illo monasterio ante Divæ Virginis leonem transiens, extra se raptus divini amoris impetu, et dulciter dixerit: Ave MARIA: cunctis audientibus, clarâ et distinctâ voce salutavit dicens: Salve Bernarde: quod et in antiquis canobii illius annalibus expressum reperitur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Tomâ Arch. Valentino.

Conc. 4. in Assumpt. B. V.

412. Quis, obsecro, ardores et astus animi tui plusquam seraphicos exprimat...? Quis ignem illum ardentissimæ charitatis in visceribus tuis æs unquam, quo in eum qui talem ac tantam te fecerat, ut in suam Matrem eligeret, incessanter ardebas, enarrabit? Verè si optimum et maxime necessarium charitas est, in hoc non solum homines, sed et angelicos spiritus superasti. Tu.

Cum secund. vesper.

DIE XIX. OCT.

SANCTA MARIA NOVA.

Simplex.

litiâ cor, dissolverint colligationes impietatis, et solverint fasciculos deprimentes, dimiserint, qui fracti sunt, liberos, et omne onus deripuerint. Data est ei potestas in cælo et in terrâ, quæ posse potestas est, et in manibus ejus vita, et spiritus nostri: et oculi omnium Christianorum in eam sperant, et ipsa dat eis escam gratiæ, quâ plena est, in tempore opportuno. Levemus ergo fratres cor nostrum cum manibus ad eam, et appropinquemus ei passibus amoris, immolantes ei hostiam laudis, reddentes ei vota nostra de die in diem, de horâ in horam, dicentes: Salve, Regina Misericordiæ. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Origo fontium et fluminum mare: virtutum anctrix, et scientiarum scientia sanctorum MARIA: quia sicut sol universa *cœli lumina præcellit prærogativâ claritatis eximie, sic ipsa totam rationalem creaturam (post Filium) præcellit splendore virtutis ac scientiæ. Ad eam non incongruè pertinere dicimus, quod scriptum est, quam bona Domina Israel, his, qui recto sunt corde? Qui recto corde et rectè in omnibus consentiunt, his advocata nostra, solâ bonitate suâ agente, præsentis suæ tantam plerumque copiam exhibet, et quam sit orabilis, exhibitione imperitiæ gratiæ docet, ut innovati spiritu proclamant per consolationem experientiæ: Salve Regina misericordiæ. Tu. ¶.

Homilia de Comm. pro Duplici.

cum sequent. 117.

¶ 7. In charitate perpetuâ dilexi vos: * Testis est mihi Deus, quomodo cupiam vos in visceribus Christi: ¶. Mater divini amoris,

LECTIO 1.

Spinelli de festis et temp. Deip.
 Sancta MARIA Nova est in foro Romano, ubi olim solis et lunæ fanum propè ruinas templi pacis à Vespesiano magnificentissimè structi. Ea Deiparæ Ecclesia adjunctum habet cœnobium Patrum Congregationis Montis Oliveti, in cuius hortis extant vestigia ædicularum Isis et Serapididis: cumque antea diceretur sancta MARIA vetus, post modum à Joanne septimo Pontifice annum Domini circiter septingentissimum quintum restituta, et exornata, exindè nova appellata est. Tu. ß.

LECTIO 2.

In ejus summo altari Imago Deiparæ à Sancto Lucà coloribus expressa, à Troade hùc delata piè coitit, quæ, cum templum hoc, Honorio tertio Pontifice, conflagrasset, nihil ex incendio est passa. Gregorius quintus Pontifex annum circiter nongentissimum nonagesimum quintum multa corpora sanctorum Martyrum ibi recondidit sed ante idem altare sub ferratæ crate corpus Sanctæ Franciscæ Romanæ specialitèr veneratur. Tu. ß.

LECTIO 3.

Commemoratio Beatæ Virginis de Fonte-caldio.
Canòn de effigib. Cathal. Libr. 4. cap. 7.
 Una ab urbe Gandesæ leucà, in Dertusensi Diocesi, in profundâ planitie altis circumvallatâ montibus, situm est sacellum Beatæ Virginis de Fonte-caldio nuncupatæ, eo quod propè fluentum ferventis aquæ Imago, quæ illic colitur, miraculosè fuerit inventa à quodam Pastore. Hujus antem prodigi à Gandesans acceptâ notitiâ, solemnî supplicatione statutam Deiparæ in Parro-

chiale Ecclesiam deduxere, sed alterâ die ad eundem locum ipsa reversa, propèque fontem iterum inventa fuit: quam ob causam illic ipsi sacellum adificaverunt, quod postea grandiores oratioresque formas accepit, ex quo Diva Virgo hodiè usque ipsam liberalibus sua dona dispensare liberalissimè sibi complacet. Tu. Te Matrem.

Vespera de sequenti.

DIE XX. OCTOBR.

PURITATIS B. M. V.

Duplicè majus.

Omnia de Comm. Infanticæ præter sequent.

IN I. VESPER.

HYMNUS 111. Apud Marracc.
 Cum laudes canimus Virginis in-clytæ,

Tergamus maculas pectoris interim:
 A nobis vitium profinitus exulet,
 Et virtus vigeat mentibus insita.

Cælesti Domino grata sit Hosia,
 Omnique penitus crimine libera:
 Offeritur manibus, cordeque can-didis

Et nihil ulterius turpe recipiat.
 Et tu, quam colimus, Virgo pu-rissima,

Ut cælo placeant vota præcantium:
 Hic nos propitio lumine respice,
 Et coram Domino jugiter adjuva.

Trino sit gloria perpetua Numiti,
 Et Patri et Genitro cuncta creatibus,
 Cum Sancto simili fodere Spiritu,
 Quia una est deitas, una potentia.

Amen.

Ad Magnif. ant. Nihil inquinatum in eâ incurrit: candor est lucis æternæ, et speculum sine maculâ.

Oratio de Laudib.

AD MATUTIN.

Inviolator. Puritatem Deiparæ celebrantis, * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

HYMNUS 112. Brer. Rom.

O Stella Jacob fulgida,
 O Solis instar splendida,
 Aurora, quâ nihil purius
 Refulgit inter sydera.

Stellis amictæ candidis
 Tibi cætervæ cœlitum
 Plandunt, sacraque virgines
 Laudes perennes concinunt.

Quin obsequentes offerunt
 Ligustra et alba lilia:
 Candor sed horum vincitur
 Candore casti pectoris.

Nostra Angelorum laudibus
 Abjecta tellus assonans
 Ad astra voces efferat,
 Et Virginis præconia.

Docologia de tempore.

Lectiones et Respons. in 1. Noct. de Comm. Infanticæ.

IN II. NOCT.

Ex libro Sancti Ambrosii Ep. de Virginibus.

Libr. 2. LECTIO 1.

Sit vobis tanquàm in imagine descri-
 pta virginitas, vitaque beate
 MARIE, de quâ, velut in speculo,
 refulget species castitatis, et ferma
 virtutis. Hinc sumatis licet exempla
 vivendi, ubi tanquàm in exemplari
 magisteria expressa probitatis, quid
 effigere, quid tenere debeatis,
 ostendunt. Primus discendi ardor
 nobilitas est magistri. Quid nobili-
 us Dei Matre? Quid splendidius
 eâ, quam splendor elegit? Quid
 castius eâ, quæ corpus sine corpo-
 ris contagione generavit? Tu. ß.

ß. Beatissima Virgo MARIA,
 hortus conclusus, fons signatus,
 Regina Angelorum, Domina mundi:
 * Per quam Deus descendit in ter-
 ras, ut homines ascendere mere-
 rentur ad cœlos. ÿ. Ad te clama-
 mus, exules filii Evæ: recordare
 nostri, Sanctissima Virgo. Per.

LECTIO 5.

De cæteris ejus virtutibus quid lo-

quar? Virgo erat non solum corpo-
 re, sed etiã mente, quâ nullo
 doli ambitu sincerum adulteratè
 affectum. Corde humilis, verbis
 gravis, animi prudens, loquendi
 pariter, legendi studiosior, non in
 incerto divitiarum, sed in prece
 pauperis spem reponens; intenta
 operi, verecunda sermone, arbi-
 trum mentis solita, non hominem,
 sed Deum quærere, nullum ledere,
 bene velle omnibus, fugere jactan-
 tiam, rationem sequi, amare vir-
 tutem. Tu.

ß. Beata MARIA tantæ extitit
 puritatis, ut Mater Domini esse
 mereretur. * Deus quam elegerat,
 creavit; de quâ crearetur elegit.
 ÿ. Ipsa est stella ex Jacob, cujus
 radius universum orbem illuminat,
 —Deus.

Ex S. Petro Chrysologo.

Serm. 143. LECTIO 4.

Hæc dedit oculis gloriam, terris
 Deum, fidem genibus, finem vitii,
 vitæ ordinem, moribus disciplinam,
 Gratiam, quam detulit Angelus,
 accepit Virgo, salutem sæculis red-
 ditura. Verè benedicta Virgo, quæ
 et virginitatis possidet decus, et
 Matris dignitatem: verè benedicta,
 quæ et superni conceptus meruit
 gratiam, et servavit integritatis
 coronam. Verè benedicta, quæ et
 divini germinis suscepit gloriam, et
 regina extitit totius castitatis. Tu.

ß. Beata Dei Genitrix MARIA,
 templum Domini sacrarium Spiritus
 Sancti, * Sola sine exemplo
 placuisti Domino nostro JESU-
 Christo. ÿ. Genuisti qui te fecit, et
 in æternum permanens Virgo. —
 Sola. — Gloria. — Sola.

IN III. NOCT.

LECTIO S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus

Gabriel à Deo, in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua.
Homilia S. Joannis Damasceni.

Homilia 1. in Annuntiat.

Adam Creatori suo de progenie suâ templum edificavit, in quo lectus habitaret, et quod redimeret, MARIAM Virginem, pretiosam, benedictam, sanctam, puriorem naturæ Adæ partem, et humane stirpis reginam: puram, quâ nulla usquam corpore invenietur in omni genere humano: sanctam, quâ nulla inter creaturas futura est intellectuales, quoad animam sanctior: gloriam Israeliticæ gentis, et stirpis davidicæ lumen. Tu. ij.

Benedict. Cujus Puritatem.

LECTIO 8.

Hæc illa est, cujus puritatis pulchritudinem concupivit Rex celestis, misitque ad eam ministrum suum Gabrielem, ut ipsam salutatione lætitiæ compellaret, certio remque faceret, esse se à Creatore electam, dicendo: Ave gratiâ plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et quomodò benedicta non esset et gratiâ plena, cum quâ creaturarum Dominus tibi copulando sibi eam templum quo operis generis ipsius arretet. Tu. ij.

LECTIO 9.

Quamobrem omnes simul accuramus, senes et adolescentes, ætate graves ac juniores, omne agmen et genus præventes ad honorandum Dominam nostram, ac nostræ naturæ Reginam, laudes prædicantes puritatis ejus decorem, perpetuam ejus virginitatem reverentes: altitudinem denique sanctitatis ejus honorantes, dicamus: O gloria filiorum, matrum decus! O Genitricem viro incoegitum! O miraculum, quo missi Prophetæ percussis

sunt, et cujus gloria Angelos sanctos superat. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 113. *Brev. Roman.*

Præclara custos Virginum,
Intacta Mater Numinis,
Cælestis aula janua,
Spes nostra, cæli gaudium.

Inter rubeta liliam,
Columba formosissima,
Virga è radice germinans,
Nostro medelam vulneri.

Turris draconi impervia,
Amica stella naufragis,
Tuere nos à fraudibus,
Tuâque luce dirige.

Erroris umbras discute,
Syrles dolosas amove,
Fluctus tot inter devios
Tutum reclude semitam.

Doxologia de Tempore.

Ad Benedict. ant. Sicut liliam inter spinas, sic purissima MARIA inter filias: tota pulchra est, et sine maculâ.

Oratio.

Da, quæsumus, Omnipotens æterne Deus, ut immaculatæ Virginis MARIE Puritatem festivâ celebritate venerantes, ejus intercessionem purificationis mentibus tibi placere valeamus. Per Dominum.

CANON.

Ex D. Anselmo Episcopo.
De concept. Virg. c. 18.

113. Decebat, ut Christi Conceptio de Matre purissima fieret, ut eâ puritate, quâ major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium, quem de corde suo æqualem sibi genuit, ita dare disponebat, ut esset unus atque idem Dei et hominis filius. Tu.

In secund. Vesper. omnia de Communi.

LIBERTATIS B. V. M. IN SUA
INFANTIA.

Duplex.

Lectio. 1. Noct. de Feriâ occurrenti.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis.

De concept. B. V. artic. 1.

cap. 2.

LECTIO 4.

Nec miretur quisquam, si Mater Dei ante debitam ætatem habuit usum liberi arbitrii, et fulserit tanto lumine rationis, cum et plebique alii sancti in pueritiâ eorum ante debitam ætatem haberunt virtutem, gratiam, atque lumen. Tu.

ij. Quidquid aliis licet paucissimis est concessum, * Non est credendum gloriosæ Virgini fuisse denegatum. ij. Puella eram ingeniosa, et sortita sum animam bonam. — Non est.

LECTIO 5.

De virtute in Sancto Nicolao reperitur exemplum, qui in quartâ et sextâ feriis semel tantum subgebat mammam. Et de gratiâ in Sancto Benedicto exemplum patet, qui in pueritiâ cepit miraculis coruscare. De lumine verò in Sancto Joanne clarissimè probatur. Undè Ambrosius ait: verè Joannes novit Christum non naturâ sed gratiâ. Et super Lucam etiâ ait idem: Nec enim ullam sensit infantia ætatem, qui supra naturam, supra ætatem in utero situs Matris à mensurâ cepit ætatis perfectæ plenitudinis Christi. Tu.

ij. Unam nec maculam natura reliquit in illâ. * Ad caput à pedibus transvolat iste decor. ij. Tota pulchra est, et sine ullâ maculâ. — Ad caput.

LECTIO 6.

Hæc siquidem nullo modo essent vera, si infantilitas corporalis impedisset usum liberum rationis. Si igitur de beato Joanne talia credenda sunt; quanta etiâ majora de virgine Matre Christi sentire necesse est? Tu.

ij. O puella gratiâ æquanda nullis! * Quæ sola virtus cælitum omnes ordines. ij. Tot tibi sunt doctes, Virgo, quot sydera cælo. — Quæ. — Gloria. — Quæ.

Homil. de Comm. Inf. pro Duplicibus.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Virdunensis de Miraculis.

Gumpenbr. Imag. 528.

Virduni in templo Cathedrali Deiparæ effigies est celestibus nobilitate prodigijs, quæ ad latus aræ principis visitur draconem pedibus conculeans. A Sancto Paeromio quinto Virdunensi Episcopo post Concilium Chalcedonense, cui cum alijs ducentis viginti octo Episcopis interfuit, accepta creditur, quæ tantisquamque numerosis miraculis effulsit, ut decimo tertio Kalendas Novembris institutus sit festus dies, nomine Commemorationis miraculorum quæ Beata Virgo in eâ Ecclesiâ ad hanc statuatam perpetratit. Tu. Te Matrem.

Cum secundis Vesper.

DIE XXII. OCTOBR.

D. V. AGATHYRSANÆ.

Semiduplex.

Lectio. 1. Noct. de feriâ.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Octav. Cajetan. de effigieb. sculis.

Anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, undecimo Kalendas Novembris, in eo colle, qui ex

orientali plagâ imminet Agathyrso (nunc Orlandi caput appellatur), Divus Conou civis oppidi Nasi apparuit, et intuentibus turris, quæ ibi ad oram maritimum tutandum est, speculatoribus, cum ipse instar fulguris turrim circumdedisset, Imagunculam Sanctissimæ Virginis mirâ specie, et humanâ augustiore ibi deposit. Ab his Nasum delatam effigiem domi suæ excepti jurisperitus Antonius Piccolas, cujus filium jam à medicis destitutum in pristina valetudine restituit. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

At cum nollet Sanctissimæ Imagi ibi diutius commorari, ferremotibus oppidum agitare ceptum, quare perturbatis omnibus, Comes Nasus præcepit, ut imago Virginis nis qui in turri ad Agathyrsum debebant, rursus redderetur, ubi primum à Divo Conone collocata fuerat. Igitur ex Antonii ædibus domum Petri Iberti translata fuit, ubi Iberti patrem ex gravi lapsu sanum reddidit, ut inde in priorem locum referretur. Postea adhuc fuit in Sancti Petri templum delata, ut ibi publicè coleretur; sed cum nec quiesceret terremotibus, oppidum ad prisinam sedem ad Agathyrsum Simulacrum Virginis retulerunt. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Novo etiâ prodigio divina Mater suam ostendit voluntatem ibi commorandi, nam nono Kalendas Aprilis, et sequenti die visus est Divus Conon turrim illam circumlastrare, et ad vergens in aquilonem latus tres lapides reliquisse, perinde atque locum, in quo vellet sanctissima Deipara residere, templum ipsum signare voluisset. Quare comes Nasus ibidem proprio sumptu templum edificavit, et inde Messanenensis Archiepiscopi auctoritate

solemni pompâ oppidi Archiepiscopus cum clero eo Juxta sancta MARLE Imagunculam. Statua unius palmi est, et omnibus caste opus apparet. Tu. ꝑ.

Homil. de comm. pro Semiduplicib.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Arianensis de Capellâ. *Gump. Imag. 672.*

Aria in Germaniâ inferiori templum est magnificum, quod non nisi Sacellum nomen habet. Origo hæc est. Arianes majores Deipara Sacellum erexerunt in suburbio: crevit suburbium opibus, opes proculo Ipsâ rependente, ita ut ex eo facta pars urbis cæteris non inæqualis, muroque clausum suburbium, colonos vocavit cives. Juribus vero civium jam gloriantes, ne Deipara tantæ gratiæ anctrix, minus haberet, fecere è sceclo templum hoc, quod hodiè videtur magnificum. Porro in rei memoriam vccatur Beata Virginis de Capellâ. Tu. Te Matrem.

Cum 2. Vesperis.

DIE XXIV. OCTOBR.

SEPTEN DONORUM P. M. V.

Duplex major.

In 1. Vesp. ant. et Capit. de Laudib. Hymn. et ꝑ. de Comm.

Ad Magnif. ant. Spiritus Domini super me, et suis septem donis replevit me.

Orat. de Laudibus.

AD MATUTINUM.

Incultor. Spiritum Sanctum in corde Beatae Virginis MARLE: Venite, adoremus.

IN I. NOCT.

Lectio. 1. Noct. ut in Dom. III. adv. p. 105.

ꝑ. 1. Venit in me Spiritus sapientie, et requievit in me, et re-

plevit me. * Et sedes sapientie facta sum. ꝑ. Sapientia edificavit sibi Domum, excidit columnas septem.—Et.

ꝑ. 2. Venit in me Spiritus intellectus, et de omnibus erudit me: * A mari enim abundat cogitatio ejus, et consilium illius ab abyso nulla. ꝑ. Disciplina intellectus replevit illam. A mari.

ꝑ. 3. Spiritus consilii super me, et ego habito in consilio: * Quia mea est consilium et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. ꝑ. Cor boni consilii statue tecum.—Quia.—Gloria.—Quia.

IN II. NOCT.

Sermo S. Antonii Arch. Florentini. *De B. Virgine c. 88.*

LECTIO 4.

Ave gratiâ plena: gratiâ scilicet donorum septem Spiritus Sancti, quæ dicitur gratiâ septiformis, secundum illud, quod canit Ecclesia: Tu septiformis munere. Et Zacharias: exæquavit gratiam scilicet donorum, et gratiæ virtutum. Tantum enim quis habet de donorum perfectione, quantum de perfectione virtutum. Tu.

ꝑ. Mulierem fortem quis inveniet? Procul et de ultimis finibus pretium ejus: * Fortitudo et decor indumentum ejus. ꝑ. Spiritus fortitudinis super me, eo quod in Matrem Dei elegit me.—Fortitudo.

LECTIO 5.

Gratia autem donorum realitèr differt à gratiâ sacramentali, et virtuali. Et ipsa etiâ dona differunt ab invicem realitèr. Dona faciunt hominem de facili moveri ad opera excellentiora quàm virtutes infusæ ex quodam impetu Spiritus moventis, ut ferventius ac perfectius agat, quæ omnia abundantissimè fecerunt in Beatâ MARIA. Et ideo: ave

gratiâ plena septiformi. Tu.

ꝑ. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, * Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. ꝑ. In thesauris sapientie intellectus et scientiæ religiositas.—Et hoc.

LECTIO 6.

Sed videtur, quod in eâ non fuerint: nam dicit Beatus Gregorius in moralibus, quod sapientiæ opponitur insipientia: intellectui hebetudo: consilio, temeritas: fortitudini, præcipitatio: timori, remissio: scientiæ, ignorantia: pietati, credulitas. Ex quibus patet quod in virtutibus dona sunt cum permutatione ad contraria, et cum pugnâ: sed in beatissimâ MARIA non fuit pugnâ ad vitia contraria donis: ergo non habuit, sed quasi per modum patriæ, id est, sine pugnâ, et ad alios usus, sed cum merito. Tu.

ꝑ. Spiritus pietatis super me, et requievit in me, * Et facta sum pissima inter mulieres. ꝑ. Pietas ad omnia utilis est.—Et.—Gloria.—Et.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 35.

In illo tempore: Dixit Angelus MARLE: Spiritus Sanctus superveniet in te. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Homil. 4. super Missus.

Superius dicta est fuisse gratiâ plena, et nunc quomodo dicitur: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi? Nunquid potuit repleri gratiâ, et necdum habere Spiritum Sanctum, cum ipse sit dator gratiarum? Si autem jam Spiritus Sanctus in eâ erat, quomodo adhuc tanquam novitèr superventurus repromittitur? An fortè ideo non dixit simpliciter,

veniet in te, sed addidit super, quia et prius quidem in eâ fuit per multam gratiam, sed nunc supervenire nuntiatur propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effusus erat super illam? Tu.

¶ Beatus vir, qui semper est pavidus: Quia initium sapientiæ est timor Domini. y. Et replevit me Spiritus timoris Domini.—Quia.

LECTIO 8.

At verò cum plena jam sit, illud amplius quomodo capere poterit? Si autem plus aliquid capere potest, quomodo et antea plena fuisse intelligenda est? An prior quidem gratia tantum releverat mentem, sequens verò etiam ventrem perfundere debeat, quatenus scilicet plenitudo divinitatis, quæ ante in illâ, sicut et in multis sanctorum spiritualiter habitabat, etiam sicut in ullo sanctorum corporaliter in ipsâ habitare incipiat? An itaque Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Tu.

¶ Invenisti, MARIA, gratiam apud Deum: Spiritus Sanctus superveniet in te, et suis septem Donis replebit animam tuam. y. In me gratia omnis viæ et veritatis: in me omnis spes vitæ et virtutis.— Spiritus.—Gloria.—Spiritus.

LECTIO 9.

Quid est: virtus Altissimi obumbrabit tibi? Qui potest capere capiat. Quis enim excepta fortasse illâ, quæ hoc sola in se felicissimè meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virginis sese visceribus infuderit, et ut inaccessibilem accedere ad se ferre potuisset, de portuicula ejusdem corporis, cui se animalè contempserat, reliquæ massæ umbraculum fecerit? Et fortasse propter hoc maxime dictum est: obumbrabit tibi,

quia res nimirum in sacramento erat, et quod sola per se Trinitas in solâ, et cum solâ Virgine voluit operari, soli datum est nosce, cui solum datum est experiri. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Implevit eam Dominus Spiritu Dei, sapientiâ, et intelligentiâ, et scientiâ?

2. Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.

3. Mirabilis facta est scientia tua ex me.

4. Pietas ad omnia utilis est.

5. Ad quem respiciam nisi ad pauperulum, et contritum corde, et parentem sermones meos.

CAPITULUM. *Isai. 11. 2.*

Et requiescet super eum Spiritus Domini: Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini.

Ad Benedicet. ant. Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Oratio.

Purifica, quæsumus, Domine, per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut qui septem dona, quibus Beatam Virginem MARIAM replexisti; veneratione recolimus; eorum participes effecti, ad æterna gaudia perducamur. Per Dominum... ejusdem Spir.

Capit. Primæ de Laudib.

y. y. br. Quæ septem donis Spiritus Sancti repleta fuisti.

CANON.

Ex Paulo Diacono Aquileiensi. An. 770.—Serm. 2. de assumpt. apud Maracc.

414. Domus virginalis septem Spiritus Sancti donis, Sapientiæ, Intellectus, Consilii, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, atque Timoris Domini ditata. Tu.

In 2. Vesper. Antiph. et Cap. de Laud. Hyann. de Comm.

Ad Magnific. ant. Dona Dei sunt sine penitentiâ: Spiritus Sanctus contulit ea MARLE, ut de Spiritu Sancto viveret, quæ de eodem Spiritu conceperat.

DIE XXV. OCTOB.

DEDICATIO ECCL. TOLETANE.

Duplex.

Officium fit ut in Comm. Dedicationis.

Lectio. 1. Noct. de Feriâ.

IN IL. NOCT.

LECTIO 4.

Ex officio proprio Eccl. Toletanæ.

Inter loca sacra, quæ in Hispaniâ ab ipsis Golthorua Regum temporibus magnam venerationem hubuerunt, templum est in primis Toletanum, quod Beatissima Virgo MARIA, Sancto Hildephonso Pontifice, suâ presentia illustrare dignata est. Itaque ut idem Hildephonsus de hoc ipso templo loquens ait: coram timentibus, iniquis atque iustis habetur locus terribilis, omnique veneratione sublimis. Cujus templi gloria Sarra-cenorum Hispaniam invadentium impetu oppressa est, donec Alphonso sexto rege, à barbarorum manibus regiâ urbe receptâ, Bernardus Archiepiscopus, depulsis vanæ superstitionis tenebris, templum hoc Christianæ Religionis splendori restituit. Tu. y.

LECTIO 5.

Multis deinde presentibus Episcopis, et infinitâ propinodum

multitudine, octavo kalendas Novembris, Deo in honorem præcipuè beatæ Virginis MARLE, solemni ritu, et maximâ celebritate dedicavit: multasque insignes Sanctorum reliquias in summo altari collocavit: quarum hodiè in sacro arario reconditarum presentia Toletanus populus, ac beneficiis lactatur. Ferdinandus demum tertius Ecclesiam vetustam, quæ mesquitiæ formam adhuc retinebat, demoliri constituit, et novam eodem ipso in loco ædificare aggressus est, hortatore Roderico Toletano, atque adjutore, qui unâ cum rege primura fundamenti lapidem collocavit. Tu. y.

LECTIO 6.

Crevit postea mirificè populorum pietate amplitudo Toletani hujus templi, quod singulari in Beatam MARIAM studio fidelium votis locupletatum est. Quo circa quod esset ab ipsâ Sanctissimâ Virgine consecratum, multi reges illud maximis muneribus ornarunt, et in eo sibi, suisque locum sepulture delegerunt. Et quando in Mauros movebant, numine in primis hoc in templo placato, et Beatâ MARIA propitiâ, sæpè in bellum, profecti sunt: et regium signum ac militaria vexilla sacris precationibus ibidem benedicta in fidei hostes extulerunt: ex omnibusque Hispaniæ provinciis eo religionis et voti causâ ipsi reges, et plurimi mortales ventitarunt, introeuntes in tabernaculum Domine, et adorantes in loco, ubi steterunt pedes ejus. Tu. y.

Homilia de Comm. ut in Duplic.

LECTIO 9.

Commem. B. Virginis de Dumo. Gumpenb. Imag. 464.

Beatæ Virginis de Dumo, quia in

Dumelo à quodam pastore iudicio fulgoris celestis inventa, dicta, colitur Eborae in Lusitania. Primum in quadam turri colebatur, sed concursus peregrinorum fecit, ut Eboensis Episcopus ex sacello, quod et in turri obtinebat, faceret magnæ molis templum pietatis capax. Alphonsus quintus, cum Arzillam urbem in Africa obsideret, argentum equum et equitem vovit, si urbe potiretur. Captâ urbe votivum munus obtulit, quod paulo post, inconsulto rege, præpositus canobii liquavit in pecuniam ad usus templi meliores. Tu. Te Matrem.

Vesper. à cap. de seq. de Com. Infant.

DIE XXVI.

HUMILITATIS B. M. V.

Duplex.

Ad Magnif. ant. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ Dominus, beatam me dicent omnes generationes.

Oratio.

Omnipotens, sempiternæ Deus, qui respiciens humilitatem Beatæ Virginis MARIE, eam super omnes choras angelorum sublimasti; concede propitius, ut ipsius imitatione humilitatem sectantes, in cælesti regno exaltari mereamur. Per Dominum.

Lectio. 1. Noct. de Feriâ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Laurentii Justiniani Ep. *De ligno vite tract. 12. c. 2.*

LECTIO 4.

Non solum in unâ vitâ Christi JESU relucet excelsa virtus humilitatis, sed etiâ in sanctis omnibus, qui ipsius Domini imitatores exsisterunt, et præcipue in Salvatoris mundi Genitricæ, sicut eadem testatur dicens: quia respexit humilitatem an-

cillæ suæ. Ecce quàm humilis, quàm vilis de se sensit, et totum divinæ gratiæ tribut. Tu. §.

LECTIO 5.

Judicio suo monstravit se humilem, sed respectu supernæ gratiæ sublimem, ut quod natura in primis parentibus per superbiam perdidit, per ipsius humilitatem acciperet. Ideoque Verbum Patris per humilitatis suæ meritum carnis substantiam, quam sibi uniret assumpsit, et tunc ad eam, quàm primum abjecerat, naturam sublimandam per misericordiam respexit. Et quoniam quod erat, humiliter recognovit dicendo se ancillam, sublimiter quod non erat, Mater esse promeruit. Tu. §.

LECTIO 6.

Nam ipsa beata Virgo non à Filio suo Domino nostro celos didici fabricare, non angelos creare, non mirabilia, et divinitatis insignia perpetrare, sed se humiliare, cæteraque documenta virtutum intra humilitatis custodiam aggregare. Unde et in se solam humilitatem respexisse fateatur Dominum, quæ custos est cæterarum virtutum. Collocaverat enim in tuto stationis portu sublimia meritorum suorum exercitia, et idè est divinitus sic illustrata. Tu. §.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7.

c. 1. 34.

In illo tempore: Dixit MARIA ad Angelum: Quomodo fuit istud, quoniam virum non cognosco? Et reliq. Homilia S. Bernardi Abbat. *Sermon. 4. de Assumpt. B. V.*

Immobile propositum Virginitatis, quod nec Angelo filium promittente aliquatenus titubavit. Quomodo, inquit, fiet istud? Neque enim eo modo, quo fieri solet in cæteris.

DIE XXVII. OCTOBR.

B. M. V. DE FONTE SALUTIS.

Simplex.

Oratio. Ex Missâ antiq.
Deus cujus antiqua populi in deserto silentis miracula Dei Genitricis et Virginis intervenu nostris sæculis mirabiliter renovari conspicimus, ipsâ pro nobis precante, ut sicut per eam ostenso nunc Fonte Salutis languores corporum resolvisi, hoc in animarum salutem perficias, quod in utroque miraculo renovasti. Per eund.

LECTIO 1.

Camos libr. 4. c. 6.

In oppido Traiguera in regno Valentino anno millesimo quadringentesimo quarto sequens miraculum contigit. Duo opiliones fratres, quorum alter mutus—surdus, cum gregem suum in profundam et siccam vallem duxissent, ingenti siti laborabant. At caprâ indice surdus mutus intra vepres fontem invenit, ad eum citò currit, et dum bibit, in aquâ Deicæ effigiem conspicit, statimque cœpit et audire et loqui; nam fratrem suum nomine vocat, prodigium enarrat, ad fontem ducit, et iterum cum ipso eandem Virginis imaginem infra aquam observat. Deinde arbo fratres ad oppidum pergunt, et rem publicè convicinis enuntiant. Tu.

§. Nostris istæc sæculis renovas miracula, Lingua solvens vincula, §. Surdum fecit audire, et mutum loqui Virgo MARIA. Lingua.

LECTIO 8.

Oppidani videntes et surdum audire et mutum loqui, vix quod videbant et audiebant credere poterant. Ex communi consilio solemnibus supplicatio ordinatur, et pastoribus ducibus ad vallem et ad fontem dirigitur, ubi juxta relata sacra

Virum penitus non cognosco, nec filii desiderio, nec spe proles. Quanta verò, et quàm pretiosa humilitatis virtus cum tantâ puritate, cum innocentia tantâ, cum conscientia prorsus absque delicto, imo cum tantæ gratiæ plenitudine? Tu. §.

Bened. Cujus humilitatem.

LECTIO 8.

Undè tibi humilitas, et tanta humilitas, ô Beata? Digna planè quam respiceret Dominus, cujus decorem concupisceret rex, cujus odore suavissimo ab æterno illo paterni sinus attraheretur accubitu. Vide enim quàm manifestè sibi concinant Virginis nostræ canticum et nuptiale carmen: nimirum cujus uteris sponsi thalamus fuit. Tu. §.

LECTIO 9.

Audi MARIAM in Evangelio: Respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ: audi eandem in Epithalaphio: cum esset Rex, inquit, in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus quippè herba humilis est, et pectus purgat; ut manifestum sit humilitatem nardi nomine designare, cujus odor et decor inveniret gratiam apud Deum. Tu. Te Matrem.

Ad Bened. ant. Quomodo fiet istud? Ne timeas MARIA, quoniam Dominus respexit humilitatem suam.

CANON.

Ex D. Augustino Episcopo. *Serm. 33. de SS.—Ap. D. Bonav. §. p. c. 13.*

413. O verè beata Humilitas MARIE, quæ Dominum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, celos innovavit, mundum purificavit, paradisum aperuit, et hominum animas ab inferis liberavit. Tu.

Cum secund. Vesper.

Ad Magnif. ant. Deposuit potentè de sedè, et exaltavit humiles.

Icon inventa fuit. Eam maximè reverentiâ digniores acceperunt, ad oppidum adduxerunt, et in altari principe ecclesie collocarunt. Sed de nocte ad suum vallem reversa est, et ibidem iterum reperta fuit. Undè cognitiâ Deiparæ voluntate, prope fontem templum extruxerunt et in eo sacra Imago reposita, celebrior novis miraculis et fidelium frequentiâ evasit. Tu.

¶ Maxima mysteria enuntias, Mater Dei præexcelsa: * Dic nobis, quare fugis, ò fons sacra salutis. ¶ Piâ querimonia, cum iterum Divam invenisset, populus clamabat. Dic nob.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. de Castello. *Camòs l. 8. c. 3.*

Propè Suredam Diocesis Elnensis oppidum in excelso monte sacellum Deiparæ circa quoddam castellum, à quo nomen accepit, exurgit, et in eo sacra illius Imago, quæ lignea est, et ferè sex palmis alta, impensè colitur. Etsi omninò certum non sit, tamen inventa creditur, nam eo in loco profundum spelæum visitur, quod interius aliquid sacelli formam retinet. Non exiguis fiti ad hanc sacram Virginis effigiem accursus fidelium quos maximè ad se tum miraculis, tum beneficis trahit. Tu. Te Matrem.

Vespera de ferid.

DIE XXVIII. OCTOB.

B. V. M. DE CONSTANTINOPOLI.
Simplex.

LECTIO 1.

Gumpenberg. imag. 377.
Inter alias Deiparæ Statuas, quæ Neapoli cultum accipiunt, una est, quæ titulum habet de Constantinopoli, fortè ex Græcâ picturâ. Cullus autem, quem hodiè habet, initium inde est, quod cum anno millesi-

mo quingentesimo vigesimo nono, urbs gravi peste affligeretur integro biennio, Deipara urbis sibi devotæ jamque sexaginta mille funeribus deformata sit recordata. Tu. ¶.

LECTIO 2.

Itaque simplici mulierculæ apparen- tis testata est, pestem peccatis promeritam nondum cessaturam, nisi ipsa precibus apud Filium impetraret: impetraturam autem, si eo in loco, quem digito porrecto monstrabat, magistratus eruere terram juberet, inventuro suam Imaginem, per cujus cultum finem pestiferæ luis promittebat: et si quidem templum extrueretur, securitatem à peste toti urbi per multos annos etiâ pollicebatur. Mulier illa fidem invenit, et urbs, inventa imagine, templo quamprimum fundamenta dedit. Tu. ¶.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Fresnedensis de Gratiâ.

Gumpenberg. imag. 647.

Pastoreula in montibus Fresnedæ vicinis, in Aragoniâ, Imaginem Divæ Virginis invenit, et domum ad parentes eam detulit. Sed Imago desiderans propriam et meliorem, rediit eo, undè fuit asportata, quam altero die puella ibidem reperit. Hæc Fresnedæ incolis puella dixit, qui ad locum turbatim advolarunt, et nullo petito miraculo Sacellum construxere, quod post aliquot annos Patribus Paulinis cessit, qui tamen propter loci asperitatem sanctam Imaginem jam non repugnantem Fresnedam ad suum conventum detulere. Tu. Te Matrem.

Vespera de sequent. ut in 1. Vesp. Infantie.

DIE XXIX. OCTOBR.

RELIGIONIS B. M. V.
Duplex.

Oratio.

Corda nostra, omnipotens Deus, Spiritus Sanctus perfecte possideat, qui Sanctissimæ Filii tui Matris cor immaculatum in templum toti beatissimæ Trinitati dicavit. Per eundem... in unitate ejusdem.

Lection. 1. Noct. de Ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Spinelli in Deipar. cap. 21. p. 278.

Virtutis Religionis (quæ hominem in divinum ordinat cultum) insigne exemplar Deipara omnibus dedit, præcipuè cum tertio suæ ætatis anno ad templum presentata, et à parentum divula gremio, divino obsequio mancipata est: ibique infantia, ac pueritiæ ætatem spiritualibus rebus vacans, in sanctis sanctorum traduxit religiosissimè: quâ in re dum relicta parentum domo, à seculari strepitu aliena, in templo uni Deo vacat, vitæ etiâ religiose specimen quoddam nobis exhibuit, ubi castitatem, paupertatem, et obedientiam, quæ ad tria Religionis vota spectant, sanctissimè coluit. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Nec minus ejus in Deum Religio atque pietas enituit in sollicitate Christi Dei et hominis educatione et obsequiis erga eundem usque ad ejus crucem, cui fortè animo pressens assitit, exhibitus: quam sollicitudinem satis præ se tulit, cum Filium duodenum, qui, è inseiâ, in templo remanserat, dolens in Jerusalem reversa triduo diligenter quasivit, et tandem læta invenit. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Legis item divinæ servandæ in iis quoque ad quæ minimè tenebatur, fuit studiosissima: purifi-

cationis legem spontè subitit, templum quotiannis ex Nazareth cum Filio statulis in lege temporibus, non sine longi itineris labore adire solebat, quamvis eâ lege mulieres minimè tenebantur. Quod si Religionis virtus in templorum constructione, ac dedicatione, et in oblationibus elucet, quanta fuit Virginis Religio, quæ animam et corpus suum templum Spiritui Sancto dicavit? Quæ Filium suum in die Purificationis Deo Patri oblationem gratissimam juxta ac dignissimam obtulit? Hujus etiâ referri posset oblationis ejus subtilitas atque præstantia. Tu. ¶. *Homilia de Comm. pro Duplicib. Ben. 8. Cujus Religionem col.*

LECTIO 9.

Commem. B. V. Turosellanae.

Gump. Idea Atlan. Marian. p. 82.

Beata Virgo Turosellana præter hodierna miracula jam olim se duobus portentis insignem fecit. Nam cum templum edificaretur, pecunia, ut fit, defecti, et cum hæc consilium, quia moram non dabant esurientes opere. Dedit MARIAM, nam à templi auctore marsupium repertum est cum pecuniis quantum solvendis operis sufficeret. Deinde cum Episcopus templum Virgini dedicaturus advenisset, in urbem remigrare divinâ voce jussus est, adiculam, quæ jam à superis consecrationem accepisset, sua opus non habere. Quo die etiâ contra pestem Virgini Immaculatæ conceptum est votum, eo pestifera lues cessavit; hinc Virginis imaginem supra tres urbis portas posuere Caracenen-ses. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Tomâ Arch. Valentino.

Conc. 1. in Ann. B. V. n. 2.

416. MARIAM Angelus inve-

nit interiori domûs cubiculo reclusam, libros sacros legentem, Scripturæ secreta rimaientem, suasque Domino preces spiritu ferventissimo dedicantem. Hæc erat opus MARIE, hæc vita, hoc otium, hoc officium: in hæc tota ejus vita expendebatur, in hoc diebus noctesque insomnes ducebat. Tu.

Vesperæ à capit. de sequenti.

DIE XXX. OCTOBR.

B. M. V. DE SUBSIDIO.

Duplex.

Lectio. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Anselmi Episcopi.
*Tract. de concept. B. V. inter
eius opera.*

LECTIO 4.

Et tu, Domina, ad cuius subsidium nos mitti dilectissimus Filius tuus, quid dicis nobis? Forsan, Domina, ut sub alarum suarum confugiamus. Bene: at licet misericordiam, sicut decet, gratanter amplectemur, tamen desit angelus non parum formidamus. Ne igitur quærentibus misericordiam obtendat justitiam suam, precamur, adesto nobis, et age causam nostram pro nobis. Ipse namque magni consilii summus angelus consuluit nobis venire ad te. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Certe peccatores nos esse cognoscimus, et damnari mereamur, ut justè quidem non negamus. Sed æquè justum esse prolemur, et voluntatem ipsius faciat, qui voluntati suæ in cunctis quæ agit, econcordare non decreat. Et qui unquam voluntati illius magis concors extitit, quam tu, cuius subsistentia ab impletione voluntatis ejus nunquam otiosa fuit? Velis itaque solummodo, Domina, ut

ille justissimus iudex nobis miseretur: profectò justum erit, nullâ ratione obsistente, ut velle tuum periciatur. Noli ergo propter misericordiam, cuius Mater esse probaris, nobis deesse: quia velle tuum non postponet in salute nostrâ, qui, ut salvemur, factus est per te frater noster. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

O mira generatio conditoris! O immensa consolatio peccatoris! O Domina, si Filius tuus est factus per te frater noster; nonne et tu per illum facta es Mater nostra? Hoc enim jam mortem pro nobis subiturus in cruce dixit Joanni, nec aliud quàm in naturâ suâ conditionis habenti: Ecce, inquit, Mater tua. O peccator homo, gaude et exulta: non est enim undè desperes, non est quod formides: quid quid iudicabitur de te, totum pendet ex sententiâ fratris et matris tuæ. Ne ergo avertas aurem cordis tui à consilio illorum. Iudex tuus, videlicet frater tuus docuit te fugere ad subsidium Matris suæ; et ipsa eadem: mater tua movit te protectioni alarum Filii sui fidelitèr inhaerere, sequè tibi, ne ejus justitiâ gravareris, non negabit affuturam Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.
*Serm. 2. super Salu. Reg.—Inter
eius opera.*

Revertere per eam, quæ tibi specialitèr infusa est in plenitudine gratiæ, prærogativam tuam, ut intueamur te, non talem, qualem

desiderant angeli prospicere dicentes: tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te: sed intueamur te largientem beneficentiam, conferentem remedia, medentem contritis corde, ponentem fortitudinem lugentibus in Sion, dantem coronam pro cinere, oleum pro luctu, palium laudis pro spiritu mæroris. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Nec medioeris visio ista piam te, et deprecabilem expiriri, merentiumque suspiria munere gratiæ consolari. Sonet hæc vox tua in auribus nostris: vox hæc tua dulcis, et hæc facies tua decora. *Lectio 9.* Nam in illo decore te videre, quo induit te Dominus fortitudine et præcixit te, non est hujus temporis vitæ nostræ, victorum factore sordentis. Stola immortalitatis te indutam videre, Domina, indigni sumus: ostende faciem miserationum tuarum, et salvi erimus. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Vergiensis
de Querall.

*Canôs lib. 9. c. 11. de Eff.
Catal.*

Proprie Tanagrium Vergonium ad radicem Pirineorum Sacellum est Deiparæ sacrum vulgò de Querall, seu Rupe excelso dictum, pluribus jam abbinæ sæculis structum, in quo ejusdem Sanctissimæ Virginis Imago à hubulco quodam ibidem, bove indice, ut fertur, ter inventa, quia ad domum bis ab ipso asportata, bis ipsa ad eundem locum est reversa, maximè colitur. Hæc sacra effigies, quæ sedens puerum ulnis sustinet, et lævo pede exiguum bobem calcat, tota lignea et duobus cum dimidio palmis alta est: ingentibusque fulgentem signis,

ingens fit ad eam populorum acersus, cultusque ei tributus quotidie summopèrè crescit. Tu. Te Matrem.

Cum secundis Vesperis.

DIE XXXI. OCTOBR.

VIGIL. OMNIUM FESTIV. B. M. V.

Simplex.

Omnia ut in Offic. feriali.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 1. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Petri Damiani Ep.

In Natali Domini.

Exultate, fratres, in Domino, quia de Domina illâ sermo succedit, quæ singularem in cordibus vestris vendicat principatum, quæ est ad cuius nomen humilitèr inclinatis, cuius moris reverentèr assistitis, cuius memoriam jugitèr frequentatis. Hæc est, quæ vestris affectibus suavitèr indulcescit, quia magna multitudo dulcedinis ejus. Spiritus enim ejus super mel dulcis, in quàm dulcis Dominus cum omni suâ dulcedine supervenit. Tu. ꝑꝑ. *de ferid. occur.*

LECTIO 2.

Cum enim fecerit Deus omnia opera sua valdè bona, hic melius fecit, consecrans in eâ sibi reclinatorum aurem, ut post tumultus Angelorum et hominum, et reclinaret et requiem inveniret. Hoc est quod natura miratur, reveretur Angelus, vereatur homo, stupet cælum, contremiscit terra, infernus exhorret. In hujus utero majestas Altissimi mirabilitèr liquefacta est, sicut adipe et pinguedine replevit terras, infudit cælus, terra respersit. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Hic exinanivit semetipsum excelsum et immensus, mensuram bonam, et confertam, et coagitatam mittens in sinum vestrum. Hic divinis manibus unctus oleo lætitiæ, et sicut altare in signum pontificii consecratus, de altari hoc ad altare crucis ascendens, proprio errore tanquam alterius generis oleo perfusus, jam non consecratus, sed consecrans, totum corpus machine mundialis largiore liquamine consecravit. Fatiscat ergo mœror, tristitia fugat, eliminetur dolor, rancor abscedat, ut liceat vacare et videre cum Moyse visionem hanc grandem, qualiter Deus in hoc ventre concipiatur, decipiatur diabolus, recipiatur perditum, indebitum accipiatur. Tu. ꝑ.

Ad laudes preces.

Oratio.

Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut ejus prævenimus solemnitatem, Sanctissimi Filii tui Mater et devotionem nobis auget et salutem. Per eundem Dominum.

CANON.

Ex Concilio Enhamensi.
Ann. 1009. can. 13.—*Concil. 21.*
p. 246.

417. Sanctæ MARLE summum Festum omnes cautius honorant: primum jejuniu, et deinceps celebritate. Tu.

FESTA NOVEMBRIS.

DIE I. NOVEM.

SOLEMNITAS

ORNIUM FESTIVITATUM B. M. V.

Dupl. 1. Class. cum Octav.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Tota pulchra es, MARIA, et macula originalis non est in te.
Psalm. de Solemnitatib.

2. Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo.

3. O MARIA! Nomen tuum semper in desiderio animæ meæ.

4. Ducam eam in solitudinem templi, et loquar ad cor ejus.

5. Dilectus meus mihi, et ego illi: inter ubera mea commorabitur.

CAPITULUM. *Apoc. 12. 1.*
Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

ꝑ. Gaudeamus omnes in Domino, Recollectionem omnium Festivitatum Beatissimæ Virginis MARLE celebrantes, * De cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. ꝑ. Laudate Dominam nostram omnes gentes: glorificate eam omnes populi.—De cujus.—*Gloria.—Gaudeamus. Infra octav. non dicit. in Vesp.*

HYMNUS 114. *Parnas. Virgin.*
Ave ejus Conceptio,
Solemi plena gaudio,
Cælestia, terrestria
Novâ replet lætitiâ.

Ave ejus Nativitas
Nostra fuit solemnitas,
Et lucifer, lux oriens
Verum solem præveniens.

Ave pia humilitas,
Sine viro fecunditas,
Cujus Annuntiatio
Nostra fuit redemptio.

Ave vera virginitas,
Immaculata castitas,
Cujus Purificatio
Nostra fuit purgatio.

Ave præclara omnibus
Angelicus virtutibus,
Cujus fuit Assumptio
Nostra glorificatio.

Ave ejus festivitas
Perennis celo colitur,
Cujusque festa omnia

Terris hodiè recolimus.

Doxologia de Tempore.

ꝑ. Festivitas festivalem est hodiè Sanctæ MARLE Virginis.

ꝑ. Cujus vita inclyat cunctas illustrat ecclesias.

Ad Magnific. ant. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsalam viro, cui nomen erat JOSEPH, et nomen Virginis MARIA.

Orat. de Laudib. Cbmplet de Dom.

AD MATUTIN.

Invitator. Solemnitatem omnium Festivitatum Beatæ MARLE Virginis celebrantes: * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

HYMNUS 115. *Parn. Virginal.*
Gaude redempta, plebsque cælicola,

Festa MARLE jubila
Voce, mente tripudia,
Cantica psalle.

Nube depulsâ Angelus
Nuntiat ortum auroræ,
Lucifer splendet,

Genitrix exurgit datura solem.

Ad quam desuper per Archangelum

Mittitur salus hominis:
Pergit ad annum puella
Gravida, obsecutura.

Virgo pudica manus altoliti
Prolem ad aram:
Præmia cæli supremi
Recipit virgula fumi.

Gloriam trina monadi canamus
Corde devoto, Patri et Nato,
Neonon Paracitilo
Omne per ævum. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Exurgens MARIA * abiit in montana cum festinatione, ut salutaret Elizabeth.

Psalm. de Dominicâ.

2. Undè hoc mihi, * ut Mater Domini mei veniat ad me.

3. Magnificat * anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo meo.

ꝑ. Christo canamus gloriam, alleluia.

ꝑ. In hac solemnitate præcelsæ Virginis MARLE, alleluia.

De libro Apocalypsis B. Joannis Ap.

LECTIO 1. c. 11. 12.

Et apertum est templum Dei in celo et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando magna. Et signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim: et in utero habens clamabat parturiens, et cruciabat, ut pariat. Tu.

ꝑ. Dixit Elias ad puerum suum: ascende, et prospice contra mare: * Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis, ascendebat de mari. ꝑ. Nubes illa nunquam fuit in tenebris, sed semper in luce.—Ecce.

LECTIO 2.

Et visum est aliud signum in celo: et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, et cornua decem: et in capitibus ejus diademata septem: et cauda ejus iratæbat tertiam partem stellarum cæli, et misit eas in terram: et draco stetit ante matrem, quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum, qui reclusus erat omnes gentes in virgâ ferreâ: et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus. Tu.

ꝑ. Vitis uberrima ex Annâ pululavit, utaque suavissima effloruit: * Potum neclaris terrigenis fundens in vitam æternam. ꝑ. Gaude in Domino Deo vestro, quia germinavit desertum, sterilis pro tulit fructum suum.—Potum.